Quelle: https://manuscripta.at/?ID=26550
Copyright: Admont, Benediktinerstift



omnis tribus benjamin in gabaon. et globati primaciter res-
titerunt. Itaque exercitus ciuitate obsedit. et pugnaciu
multitudo ad xl. milia utrinque cecidit. In gabaon
namque uiri fortissimi morabantur. qui ita sinistra ut dex-
tera pugnabant. Cum filii israel fuga simulantes. insidias
posuerunt. et callide de ciuitate abstractos. ad xx.
milia occiderunt. pauci uix euaserunt. Victores
ciuitate ingrediuntur. omnes uiri gladio interficiuntur.
ipsa ciuitate uorax flama obsidit. paruulos et
mulieres simul incendio absumpsit. Tota regio
uastatur. utique plebis secus ferro igne exterminatur.
Tunc maximus ortus est planctus. ita ut in rama per cul-
mine audiretur ululatus. Filii rachel absque solatione
plorabantur. quia uix pauci superstites inuenebantur.
De hac hystoria propheta hieremias similitudinem
assumit. Ihierusalem et tribus iuda quae erant filii lie.
sororis rachel similia passuros a babilonijs per-
ducit. quod mox ita et accidit. Nam babilonij
hierusalem obpugnantes destruxerunt. et tribus
iuda ferro igne absumpserunt. reliqui plebs
et in captiuitate ducta. sicut babilonia post atyro
et dario destructa est. id totum quia in figura gesta
euangelista et ecclesia impletum dicit. quod nobis
uiuit exponendum erit. Per iam synagoga accipitur
de cui gente xpc nasciturus. Per rachel ecclesia insinuatur.
cui xpc spiritu copulatur. filius lie a nabucodonosor